



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Doron.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

pes in digitos decem & octo produceretur. De quo vero palmo & hic & illic intelligendum, paulo inferius explicabimus.

SEXTANS. CAP. XXXII.

Sextans sexta pars assis omnino est, uncia quippe duax, ut pondera ad mensuras accommodantur, quae quidem uncia, uti propositum ex nonnullorum traditione, in trium digitorum spatium porriguntur: quamquam, uti dicebamus, Nypsi nonnihil variet mensura. Nimirum vero loco hoc affem pro pede, ut inferius patebit, intelligendum.

PALMUS. CAP. XXXIII.

Sextis seu Dodrans.

Palmus ex Vitruvii descriptione quatuor digitis, ex aliorum vero sententia digitos continet XII Nypsi hunc mensurae modum Sextam appellat, & dotrantem etiam vocitari asserit, quae scilicet palmos tres contineat, uncias quippe novem, qui sunt digiti XII. Causam vero cur in diversi auctores erint in assignanda palmi dimensione, eam esse crediderim: quod Latini appellaborne Palmi tria dimensionum genera complectuntur, quae suis apud Graecos nominibus discernuntur. Ea sunt δῶρον, δοχμή, σιθαμή.

ΔΩΡΟΝ. CAP. XXXIV.

Est vero δῶρον, sive δῶρον fœm. gen. (utrumque enim dicitur) mensura, quam alio nomine παλαίστην appellant, ut interpretes Hesiodi versu illo enarrant:

Τριπάλμιον δὲ ἄψιν τέμνειν δεκάδωρον ἀμάξην.
In hapsin curru decadoro cade tripalmum.

Hesiodi loci explicatur.

Sedenim hoc Hesiodi loco quaedam oboritur difficultas, quam antequam ulterius progrediamur, ne quod nobis negotium facessat, forte non importunum fuerit explicasse. Quatuor hapsibus curvulis rota conficitur. Ad hujus vero rotæ diametrum Hesiodum pro modulo decadorum curvulis vocat, ut unaquæque hapsis trium sit spithamarum; atque ita necesse est uniuscujusque rotæ circumferentiam, sive curvaturam dicere malimus, duodecim esse spithamarum. Hæ vero doræ sunt xxxvi. spithama enim doras, quippe palæsta tres continet: & palæsta, uti dictum, quatuor est digitorum. Si ergo, ut ostensum est, circumferentia circuli, qui rotam ambit, xxxvi. doris constat, & diametrum unumquodque tertia pars est circumferentiæ, cur non dodecadorum diametrum posuit potius, quam decadorum? ne Geometriæ terminos excederet, veritatique ipsi videretur adversari. Cui difficultati respondetur, decem illas diametri doras ab interiore circuli parte desumendas, de quibus hic intelligit. Duæ vero doræ computantur ab interiore parte rotæ, usque ad circumferentiam exterioriorem: una quippe dora ab utraque rotæ parte. Alii ita solvunt, ut digitos octo, qui doræ sunt duæ expanso intelligant in ea, quæ Ligularia dicuntur, sive Compages dicere velimus, quibus unaquæque hapsis invicem adacta conferatur hoc modo:



Præcipue vero παλαίστην mensuram esse quatuor digitorum, inde colligimus, ubi Nicander basilisci corporaturam describit, quæ enim Plinius duodecim non excedere digitos affirmat, Nicander eo super τρεῖς δῶρον, Φέρον μήτρον τε καὶ ἰόν. Interpres ejus, τρεῖς δῶρον, inquit, ἴχυν παλαίστης, δῶρον γδ ἢ παλαίστης. Tria itaque dora duodecim explebant digitos, & Plinii basiliscum.

VITÆ BREVITAS. CAP. XXXV.

Explicatio loci Davidu ex Græco.

In Divinis literis, ut multorum Theologorum est interpretatio, παλαίστη vitæ brevis est quasi trogliticum. Nam Psalmo nono supra trigessimum, qui apud aliquos trigessimus octavus est, in Græco canitur, ἰδὲ παλαίστης, εἶς τὰς ἡμέρας μὲν. Traductione, quam Rufinus citat, scriptum est: Ego ce veteres possidi dies meos. Illi enim qui ita reddiderunt, vili mihi sunt, adverbii παλαίστης, quod inquitus apud Latinos est, significatum ex vocis similitudine sequi. Ita & Romanorum exemplar habet, quod & Cassiodorus agnoscit, & in ea locutione plurimum immoratur. Qui Hebræos lo-